



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 39. Concilium Coloniense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

melius instructa sint ornamentis, cæte- Sæcul. XIV.
 risque omnibus, quæ ad servitium divi- A.C. 1310.
 num pertinent; & ubi Sacerdotes isto
 rectius fungantur, si demam templa ca-
 thedralia. Deinde nescio, ubi plus
 stipis detur: nam ea cunctis in domibus
 nostris quavis hebdomade ter traditur
 singulis venientibus. Denique nemo ma-
 gis exposuit vitam, vel plus sanguinis
 fudit pro fide tuenda contra inimicos e-
 jus. Cum Cognitores subjungerent,
 hæc omnia nihil prodesse ad animarum
 salutem, quando hujus fundamentum
 fides deesset, affirmabat ille credere se,
 quidquid ad catholicam spectaret fidem.
 Postremo flagitabat, ut sibi liceret adesse
 sacro, ac reliquo officio divino, & habere
 suum sacellum, atque custodes ejus. Fa-
 ctus est voti compos.

§. XXXIX.

Concilium Coloniense.

Sequente anno 1310 celebrata sunt plu-
 ra concilia provincialia. Henricus to. II. conc.
 Archiepiscopus Coloniensis ex singulari p. 1517.
 Papæ Clementis mandato convocavit p. 1532.
 suum & habuit prima jejunii verni heb- Gall. Chr.
 domade per triduum, scilicet die lu- to. I. p. 845.
 næ 9 Martii, & proximis diebus Martis
 ac Mercurii. Intererant Guido Ultra-
 jecti, Engelbertus Osnabrugæ, & Gode-
 fridus

Sæcul. XIV. A. C. 1310. fridus Mindæ Episcopi tres cum Oratoribus Theobaldi Leodiensis Episcopi, & Collegii Monasteriensis vacante sede. Sessiones erant Coloniae in palatio Archiepiscopi. Edebantur canones viginti novem cognoscendis quam tollendis illius ætatis vitiis aptiores, cum pro remediis solas adhibeant centuras prædem despiciatui habitas.

C. I. Damnamus, ait Concilium, infamamusque laicorum edicta contra libertatem ecclesiasticam speciatim inhibitiones, ne prædia & territoria donentur, vendantur, aliove titulo obtingant Clericis aut Religiosis. Condemnamus etiam illos, qui sub poenis pecuniariis prohibent, ne Parochis pro nuptiis, exequiis, aliisque functionibus plus detur, quam ipsi deciderint. Hæc laicorum decreta declaramus nulla, & revocari volumus sub anathematis poena, si non pateant. Apparet autem Cleri cupido extollendi jura, lucreque augendi sua.

to. II. conc.
p. 835.

Clericorum contemptus & odium eo usque processerat, ut essent sæpenumero, qui eos percuterent, carceri mandarent, aut occiderent: immo alii nonnunquam Clerici has ad violentias se socios præbebant. Quapropter Concilium observari synodicum Archiepiscopi Engelberti præscriptum anno 1266 hac de materia editum, censurasque severissimas
eius.

ejusmodi facinorosis irrogans, quarum Sæcul. XIV.
 suo loco memini. Ex earum repetitione A. C. 1310.
 hic facta judicari potest, quam modicum Sup. lib. 85.
 fructum per annos quadraginta pepere- §. 43.
 rint. Iteratur etiam ejusdem Engelber- c. 4.
 ti sanctio contra direptionem honorum to. 1. 1. p. 1108
 Ecclesiæ; & Archiepiscopi Siffridi man- c. 9.
 datum anno 1280 conditum de Clerico-
 rum vita. Tum ita pergitur: Clericos
 concubinas publice habentes functioni-
 bus suis excludimus præter pœnas a
 concilio Archiepiscopi Conradi an 1206
 statutas: sed sacrarum Deo Virginum Sup. Lib. 84.
 corruptores anathemate devincimus. §. 65.
 Clericis non imponatur pœna honoraria
 sive publica; veluti, ut in supplicationi-
 bus ante crucem & in vestibus nigris
 eant, dum reliqui utuntur albis. c. 10.
 Epistolam aut Evangelium nemo legat nisi
 consecratus & indutus amictu sacro. Mi- c. 11.
 nistri ut Sacerdoti respondere sciant, Cang. Giloff.
 sint litterati & linteis tecti amiculis. campanarii.
 suo quisque Parocho, nec ab alio sacram- c. 20.
 communionem accipiat; paschalem in-
 telligo. Nemo cuiquam ullo in templo c. 21.
 male precetur sine singulari permisso E- Cang. Giloff.
 piscopi. Inter has imprecationes specia- to 2. p. 496.
 tim prohibetur quædam lamentatio, cui Canis. tu. 5.
 initium: *Media vita.* Annus deinceps p. 770.
 incipiat a Natali Domini pro more Ro- c. 23.
 manæ Ecclesiæ. Parochis non denegetur c. 26.
 oleum sacrum, eo quod jus synodi-
 cum

Sæcul. XIV. cum seu cathedrarium non solverint: sed
 A.C. 1310 aliis modis huc adigantur. Ultimi cano-
 nes contingunt Religiosos Ordinum SS.
 c. 27. 28. Benedicti & Augustini. Archiepiscopus
 to. II. p. 792. Henricus renovat pro illis Conradi antea-
 cessoris sui constitutionem factam in
 Sup. lib. 84. concilio anni 1260. Vetat, ne Regula-
 §. 65. res quidquam proprium depositi vel alio
 nomine, aut inter manus hominum
 c. Un. de stat. profanorum habeant: & Virgines sacras
 regul. in 6to. intra claustra manere jubet secundum Bo-
 nifacii VIII sanctionem: Periculoso.

§. XL.

Alia concilia.

to. II. conc.
 p. 1514.
 p. 1513.

Eodem anno 1310 Salisburgi duo ha-
 bebantur concilia; primum, ut præ-
 scriberet solutiones decimæ a Papa ad
 biennium postulatae; alterum, ut expli-
 caret quædam edicta conciliorum præ-
 cedentium. Præsidente Archiepiscopo
 Conrado confidebant Wernhardus Pasa-
 savii, Joannes Brixinonis, Henricus Gure-
 ciæ, ac Wernhardus Lavantiæ Episcopi
 pi cum Oratoribus Episcoporum Frising-
 gæ ac Ratisbonæ. Id concilium tem-
 peravit severitatem antecedentium de-
 cretorum contra Clericos intrantes cau-
 ponas; contra Clericos artem joculari-
 riam factitantes; ac de solennibus nu-
 ptiarum: quod indicat sanctiones illas
 parum observatas fuisse.

Petrus